



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||**

**Fickler, Johann Baptist**

**Dilingæ, 1575**

**VD16 F 976**

De inuentione & autoritate sanctæ crucis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

Oratio cum  
sancta cruce.

IDEM IN AVTH. DE ECOLESIA  
tit. & priuil. §. si quis autem, coll. 9.

**S**I quis voluerit fabricare venerabile oratorium, aut monasterium, precipimus non ter inchoandam fabricam, nisi locorum sanctissimus Episcopus orationem ibi secretim venerabilem fixerit crucem.

IDEM IN NOVELLA CONST. 4. APUD  
Iulian. Patricium &c. in princ.

Eodem crucis  
obseruatio.

**Q**ui vult ædificare Monasterium, prius Episcopum vocet, & illum exoratum, etiam crucem imponat, & postea imperat ædificium.

IDEM IVST. IN NOVELL. CONST. 119.  
De his qui eccles. vel orato. ædif. vel in princ. apud eundem Iulian.

**N**ullus audeat ædificare Ecclesiam vel oratorium antequam ciuitatis Episcopus veniat, & ibi vota faciens sanctissimam crucem infixerit in eodem loco, publice procedentem omnibus manifestam faciens.

IDEM CONST. 119. APUD IULIAN.  
Iulian. §. nemo oratorium.

**N**emo oratorium ædificare audeat, antequam Episcopus exorauerit, & venerabilem Crucem in eodem loco defixerit.

## DE INVENTIONE ET AVTORITATE S. CRUCIS.

IUSTINIAN. IMPP. IN AVTH. DE NOBILITATE  
deratore Heleneponti. §. namq; ab omnib. coll. 11.  
Helen.

**H**elena Constantini Magni mater, pientis-  
sima mulier, nobis sacrum Christianorum  
signum inuenit.

Tanta erat ueneratio atque auctoritas imaginis  
Crocifixi apud ueteres Christianos, ut in consicien-  
tia uicinis uoluntatibus, haeres signum sanctae crucis  
in testamento praefigere solebat, ut est tex. in l. fin. §. sub  
scriptorem. C. de iur. deliberand. Id etiam a testatore  
in uoluntate esse affirmat Accursius in glo. sup. ver.  
venerabile in praefat. Auth. de testibus. Vbi Iustinia-  
nus casum recenset, in quo expressis uerbis testamen-  
to signum uenerabile crucis inscriptum fuisse testa-  
tor. adeo ut facile sit inde eliciendum, eius signi ad-  
uentionem tum temporis quasi de substantia eorum  
habere quae per iuris solemnitatem in testamento requi-  
runtur.

Cruce Christi  
sublequenti  
tempore a quo  
fuit reperta.

Signum Cru-  
cis in ultimis  
uoluntatibus  
praefigi solitum  
antiquius.

## DE FESTORUM DIERVM OBSERVATIONE.

De celebrandis Pascha, Natiuitatis, Epiphania Domini,  
sanctorum Apostolorum festis praecipua dantur, quid-  
am in iis agendum vel omittendum, & quae poena vio-  
latores expectet, serio praescribitur atque monetur.

VALENTINIAN. THEODOS. ET AR-  
cad. A. A. A. in l. Nemo deinceps. C. de  
episcop. audient. &c.

**N**emo deinceps tardiores fortassis affatus  
nostrae perennitatis expectet, exequantur  
iudices quod indulgere consueuimus. Vbi pri-  
mus dies paschalis extiterit, nullum teneat car-  
ceris inclusum, omnium vincula dissoluantur.

Sed

Festo Paschae  
in carceratos  
relaxari de-  
bere.